REMIGIUS ALTISSIODORENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 58r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25986
Copyright: Admont, Benediktinerstift



turbe sup doctrina ei. Quare amira
rent ostendit. Erat enim docens eos sicut
potestatem habens. non sicut scribe eorum et
pharisei. Dns in potestate docebat
quia que in lege latebant manifesta
bat. et que deerant legi addebat. quia pri
us operibus impleuit quod postea docu
it uerbis. quod non faciebant scribe et
pharisei. idoque in potestate non doce
bant. Moraliter in potestate ille do
cet. qui quod uerbis docet operibus implet.
Turbe hec que amirantur si secundum lu
cam et mathem unus fuit sermo turbe sunt
intelligende discipulorum. ex quibus ut
lucas dicit elegit. xii. quos et apostolos no
minauit. si autem alter fuit sermo. tur
be ille sunt que undique conuenerunt. Sed si
ue unus fuit siue non. oportet unusquisque
impleat que dns precepit. xxx. vii.

Cum autem descendisset de monte se
cute sunt eum turbe multe. Et ecce lep
sus ueniens adorabat eum dicens. Dne
si uis. potes me mundare. Mons
iste quis. aut ubi fuerit ut quidam
autumant. iam nouimus. sed spiritualiter mons
celum significat. descensio dni eius in
carnationem. Descendente ergo dno de
monte secute sunt eum turbe multe. quia
quia prius in iudea notus erat dns. et in
israel magnum nomen eius. postquam uerbum ca
ro factum est et habitauit in nobis. fac
tus est admirabilis in uniuersa terra. omnesque
gentes et populi crediderunt in eum sequen
tes uestigia eius. Leprosus autem iste qui
non poterat montem ascendere. nec dni

multiplicem audire sermonem primum le
gitur post magos dnm adorasse et post
dni descensionem de monte primum sa
natus. post puer centurionis. deinde
socrus petri. fuit enim magne fidei. hu
militatis atque constantie. Nam cum precep
to legis a castris esset exclusus. non per le
gem sed per dni gratiam se credidit posse
sanari. et sicut alii euangeliste dicunt dum
procidens siue genu flexo adorat.
uerum dnm se credere declarat. Procidit
quia humilis et uerecundus. uerun
tamen ipsa uerecundia non repressit confes
sionem. sed humiliter accessit. uulnus osten
dit. ac remedium postulauit. ipsa etiam
peticio plena fuit fidei atque hone
statis. quia non incredulus pietatis dni
sed memor sue fragilitatis et collu
uionis supplex ait. dne si uis po
tes me mundare. Quasi dicat. Ad
est potestas. tantum assit uoluntas.
Et extendens manum ihc. tetigit eum
dicens. Uolo. mundare. Et confestim
mundata est lepra eius. Quare dns
tangit leprosum quem solo poterat uer
bo curare. Ut per hoc se super legem esse
ostenderet. cuius precepto quisque inqui
natur qui lepram tangit. Magna est dni
humilitas qui ordine quo fuit obsecra
tus contulit sanitatem. Leprosus enim dixit.
Dne. si uis. potes me mundare.
Et dns. Uolo. mundare. Hec duo
uerba separatim legenda sunt. ut prius dica
tur uolo. deinde imperando mun
dare. Uolo dixit propter fotinum. impera